momenti iraſcitur atque indignatur ; ſanctum Apoſtolum audiat ſic dicentem : *Ira viri , juſtitiam Dei non operatur*. Et vere miſer atque infelix , qui paſſionibus ejuſmodi vincitur : nam iracundus animam ſuam occidit. Vere autem animam ſuam interficit perditque iracundus : nam ſemper in perturbationibus vivit , animi tranquillitate ac pace , commodaque corporis valetudine carens. Semper enim corpus illius contabeſcit , & animus angitur , caro marceſcit , oboritur pallor , & mens perturbatur : ſenſus debilitatur , & cogitationes fluminis inſtar ſcaturiunt, omnibuſque inviſus iracundus redditur. Hic a longanimitate & caritate alienus eſt : ob verba inania facile turbatur , & leviſſima de cauſa rixas excitat. Ubi non eſt opus , ſe ſe ingerit , & ubique odium ſibi accumulat. Multiloquio gaudet , & in rebus inutilibus exultat. Conviciis oblectatur : ad manſuetudinem infirmus eſt , & ad improbitatem ſtrenuus. Et quis hominem ejuſmodi non deploret ? quoniam apud Deum & homines abominabilis eſt : Omni enim in re moroſus atque ærumnoſus eſt iracundus. Ideo ab iracundia vobis cavete.

Jacob. 1.

γμα ὀργιζόμενος , ἀκούσῃ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου λέγοντος , ὅτι ὀργὴ ἀνδρὸς δικαιοσύνην Θεοῦ οὐκ ἐργάζεται . καὶ ὄντως ἄθλιος καὶ παλαίπωρος ὁ πάθεσιν ὑποκείμενος τούτοις τοῖς παθεσιν· ὀργιζόμενος γὰρ, φησὶν , ἀναιρεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Ἐπ' ἀληθείας γὰρ ἀναιρεῖται , καὶ ἀπόλλυσι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ ὀργίλος· πάντοτε γὰρ ἐν παραχαῖς ἄγει ὁ τοιοῦτος , καὶ γαλεπὸς ἑκάστοτε ἐστί· Ὁ τοιοῦτος , εἰρήνης ἀλλότριος ἐστιν , ἅμα καὶ ὑγιείας ἐκτὸς ἔστι· πάντοτε γὰρ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐκτήκεται , καὶ ἡ ψυχὴ λυπεῖται , καὶ ἡ σὰρξ μαραίνεται , καὶ ὠχρότης ἐπανθεῖ , καὶ ἡ ἄγνοια ἀλλοιοῦται , καὶ ὁ νοῦς ἀσθενεῖ , καὶ οἱ λογισμοὶ πανταχόθεν ἀναβρύουσι , καὶ πρὸς πάντας μισητὸς ὑπάρχει. Ὁ τοιοῦτος μακροθυμίας καὶ ἀγάπης ἐκτός ἐστιν· ἐν λόγοις κενοῖς ῥᾳδίως παράσσεται· καὶ διὰ οἰκτρὸν πρᾶγμα μάχας ἐκκίνει· καὶ ὅπου οὐκ ἔστιν αὐτῷ χρεία , ἑαυτὸν παρεμβάλλει , καὶ ἑαυτῷ τὸ μῖσος σωρεύει. Ὁ τοιοῦτος ἐν πολυλογίας χαίρει , καὶ ἐν πράγμασιν ἀσυμφόροις πρόπηδᾷ. Ὁ τοιοῦτος ἐν λοιδορίαις ἥδεται· Ὁ τοιοῦτος ἐν πραότητι ἀσθενεῖ , ἐν πονηρίαις ἀνδρεῖος ὑπάρχει. Καὶ τίς ὁ μὴ πενθήσει τὸν τοιοῦτον ; ὅτι , καὶ παρὰ Θεῷ , καὶ παρὰ ἀνθρώποις βδελυκτὸς ὑπάρχει· ἐν πάντι γὰρ μοχθηρὸς ὁ ὀξύχολος· διὸ καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ὀξυχολίας.

XI.

De Manſuetudine.

BEatus ac feliciſſimus vere eſt vir ille , qui manſuetus eſt : hunc enim & ſanctus Salvator noſter ac Dominus beatum prædicat , dicens : *Beati mites , quoniam ipſi poſſidebunt terram*. Et quid iſta beatitudine beatius ? quid ea promiſſione ſublimius ? quid hac lætitia illuſtrius , cum quis paradiſi terram obtinet ? Quapropter , fratres , cum immenſas divitias ac præmia huic virtuti poſita intelligatis , ſtudioſe conſectemini illam. Ad ſplendorem ejus feſtinate , compungimini , & ad eam totis viribus properate. Nemo ſe terræ hujus poſſeſſione deſtitui ſinat , ne plangat amare , fruſtra dolens conquerenſque. Manſuetudini beatitudinem eſſe propoſitam audientes , ad eam contendite. Audite quid de illa per Spiritum ſanctum ediſſerat verax propheta Iſaias : *Super quem requieſcam , dicit Dominus , niſi ſuper manſuetum , & tranquillum , & trementem ſermones meos* ? non ne mirari licet hoc promiſſum ? & quid iſto honore præſtantius ? Videte ergo , fratres , ne quis ab hac felicitate , gaudioque immenſo ,

Matth. 5.

Iſai. 66.

ΙΑ.

ΠΕΡΙ ΠΡΑΟΤΗΤΟΣ.

ΜΑκάριος ἄνθρωπος ἀληθῶς καὶ τελειομακάριος ὁ ἔχων πραότητα· τούτῳ γὰρ ὁ ἅγιος Σωτὴρ καὶ Κύριος σωρᾷδει , λέγων , μακάριοι οἱ πραεῖς , ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. Καὶ τί τούτου μακαριωτέρου ; τί παύτης τῆς ἐπαγγελίας ἀνώτερον ; τί παύτης χαρᾶς λαμπρότερον , τὸ κληρονομῆσαι τὴν γῆν τὸ παράδεισε ; Διὸ ἀκούσαντες, ἀδελφοὶ, τὸ ὑπερβάλλον μέτρον τοῦ πλούτου τῆς ἐπαγγελίας , ζηλώσατε ἐπιχθῆναι. Ὀξυπονήσατε πρὸς τὴν λαμπρότητα τῆς ἀρετῆς· ἀκούσαντες παπαύγητε , καὶ ὅση δύναμις , σπουδάσατε. μή τις ἀποκληρονόμος γένηται τῆς γῆς παύτης , καὶ κλαύσῃ πικρῶς μεταπονῶν ἀνόνητα· Ἀκούσαντες τοῦ πραότητος τοῦ μακαρισμῶν , σπούδασατε πρὸς αὐτήν· ἀκούσαντες τί λέγει περὶ αὐτῆς καὶ ὁ ἀψευδὴς Ἡσαΐας ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· ἐπὶ τίνα ἀναπαύσομαι , λέγει Κύριος , ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πραῢν καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους. Ἆρα οὖν ἐστι θαυμάσαι ἐπὶ τῇ ἐπαγγελίᾳ ; τί γὰρ παύτης τοῦ ὑμῖν ἐνδοξότερον ; Βλέπετε οὖν , ἀδελφοὶ , μή τις ἐκπέσῃ παύτης τῆς μακαριότητος ,

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0256
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg